

Alte Drucke

**CATECHESIS || DAVIDIS || CHYTRÆI || RECENS RECOGNITA,
ET || MVLTIS DEFINITIONI-||BVS AVCTA.||**

Chyträus, David

Magdeburg, 1571

VD16 ZV 27938

**CATECHESIS SEV SVMMA THEOLOGIAE CHRISTIANAE CERTA METHODO
compraehensa.**

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

CA^E
TECH^E
SIS SEV SVMMA
THEOLOGIAE CHRISTIA-
NAE, CERTA METHODO
comprahensa.

QVID EST THEOLOGIA
seu doctrina Christiana?

THEOLOGIA est doctrina de DEI
essentia & voluntate ac beneficijs generi
humano propter Christum mediatorem
exhibitis, & cultibus ipsi vicissim debiti-
tis, patefacta in verbo DEI per Proph-
etas & Apostolos tradito, & illustribus te-
stimonijis miraculorum confirmata, per
quam Deus vere efficax est, & veram sui
agnitionem, remissionem peccatorum,
& vitam æternam credentibus impedit.

QVAE SVNT PRAECIPVAE
partes doctrinæ Christianæ?

Dominus Veritatis sunt praecipux partes vniuersitatis
Ex doctrina Christiana. LeX seu praecipia planitius
cepta Decalogi: Et Evangelio Verbi Gloriae

En: 9 ad Mari 1 anglo-persian ieu pro-
bef: 10 typ. March 13th 1915 Sikka Irani's aborigines
monogram. entirely Similes & Prodigies in 100 words
new style - 20 sicca = 1 rupee X rupee.

LO^CI THEOLOGIAE.
seu promissio gratiæ Dei & vitæ æternæ,
propter Christum gratis donandæ.

Ac possunt ad hæc duo genera pleriq; loci Theologici apic referri. Sed ut summa doctrinæ amplissimæ, in plura membra distributæ, illustrius & facilius ab adolescentibus animo insigñi posse, sint in conspectu DECEM LOCI præcipui, ad quos omnes sacræ scripture partes, omnes lectiones, conciones, disputations, & scriptia Theologica, dextre & prudenter referantur.

PARTES SEV LOCI DOCTRINÆ Christianæ præcipui Decem sunt.

- I. De DEO, & tribus personis diuinitatis.
- II. De Creatione mundi, Angelorum & HOMINVM.
- III. De LEGE Dei.
- IV. De Peccato.
- V. De EVANGELIO seu promissione gratiæ, & de remissione peccatorum seu iusticia fidei.
- VI. De BONIS OPERIBVS.
- VII. De Sacramentis, Baptismo & Cœna Domini.
- VIII. De

Vicitur autem religio à religendo ut ceterum placet, qui
in Secundo de natura Deorum sacrificabitur. Qui idem quae
ad cultum Deorum pertinerent, diligenter tractaverunt.

PRAE CIP VI

- VIII. De Pœnitentia. dicti sunt religiosi, ex
relegendo.
IX. De Ecclesia & de cruce ac consolationibus Ecclesiae.
X. De morte & Resurrectione, & vita æternâ.

QVID EST RELIGIO
Christianus?

RELIGIO Christiana est praxis Theologie, videlicet, unum, verum Deum, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, iuxta doctrinam ab ipso patescentiam agnoscere, & vere timere iram ipsius aduersus peccata, & credere propter Christum Mediatorem sibi peccata remitti, & Deum propicium esse, & prælucente hac fide, cum innocare & colere bonis operibus, quibus se in suo verbo colere præcepit.

QVOD EST DISCRIMEN IN-
ter Religionem Christianam
& Ethnica?

RELIGIO Ethnica est sine certo Dei uerbo, & sine uera in Christum fidem uagantem, loco unitus ueri Dei uaria & communitate numina & idola multiplicia

4 D I S C R I M . R E L I G .

tiplicia colere cæmonijs , & operibus ac sacrificijs humano arbitrio electis , quibus peccata sua compen- sari , & Deo sibi placatos & propicios reddi , & uelut emi ab illis bona fingunt.

Etsi autem Cicero , Plato , Seneca & similes Ethnici saniores ex lege naturæ , & opificio mundi , agnoscunt esse Deum mentem æternam , conditricem mun- di , sapientem , iustum , vindicem scelerum : & de officijs virtutum & externis moribus multa honestissime præcipiunt : tamen hi ipsi ; cum non regantur uerbo Dei , contra ipsius naturæ iudicium , idolatricos monstrose mulitudinis deorum cultus retinent ; & pariter creatorem mundi , Angelos bonos , dæmones , dia- bolos & Heroes mortuos , DEOS nominant : & hæc idola , ut lege & more quolibet recepte sunt , co- lenda esse sanciunt , sicut Pythagoras , summam Reli- gionis Ethnica complectens præcipit : Αθανάτος πλην ταύτα δεούγε , νόμων διάκενε , τίμα .

Deinde Ethnici Euangelium de Filio Dei Domino nostro Iesu Christo , & de gratuita remissione peccatorum & vita æterna credentibus gratis propter Filium Mediatorem donanda , prorsus igno- rant . Nulla est autem vera Religio , & Ecclesia Deo placens , ubi non est vera noticia

CHRIST. ET ETHN.

noticia Christi Ioh. 14. Nemo venit ad patrem nisi per me Iohan. 3. Qui non credit filio non videbit vitam, sed ira Dei manebit super eum.

Præterea etiam legis Dei & virtutum doctrina apud Ethnicos mutila & manca & multipliciter deprauata est. Ut Cicero in officijs, & Aristoteles in Ethicis ex professo uirtutum explicationem inservientes, nullam fere mentionem facient Dei & primarum uirtutum. Pietatis erga Deum, Timoris Dei, invocationis, Gratiarum actionis, &c. Quarum noticiam aliquam, nostra in mentibus hominum lucere, Platonis etiam & Homeris sententiae ostendunt. Denique totius primæ ianbulæ Decalogi & sexti etiam præcepti, noticia & tota doctrina de interiorे cordis immundicie, quam lex arguit, & perfecta cordis obedientia, quam lex flagitat, apud Ethnicos plane obscurata & corrupta, & sere prorsus deleta sicut.

QVAE EST CAVSA CERTITUDINIS IN DOCTRINA CHRISTIANA?

Causa certitudinis est autoritas & patescens digna, testimonij miraculorum confirmata: quæ extat in libris Prophetarum & Apostolorum.

Quod

C E R T I T U D O

Quod autem sola hec doctrina de DEO, in scripturis sanctis tradita, sit certa, uera, diuina, & sola pater faciat hominibus arcanam uoluntatem Dei, testantur:

I. MIRACVL A propria naturæ diuine & omnipotentis, ut resuscitatio hominum mortuorum, repressus cursus solis, & similia, quibus sola doctrina Christiana confirmata est.

II. Vniuersal experientia omnium piorum in quotidiana Inuocatione & exercitij pœnitentie.

III. Antiquitas.

IV. Varietate illustria & perspicua de rebus maximis, de uoluntate Dei, de aduentu Christi, de serie & mutationibus imperiorum, que omnia sic euenerunt, ut prædicta sunt.

V. Ipsum genus doctrinæ, patescens arcana & ignota humane rationi.

VI. Miranda conseruatio Ecclesiæ.

VII. Odium Diaboli aduersus hanc doctrinam.

VIII. Series doctorum & instauratorum doctrinæ continua, inde usq; ab initio Ecclesiæ.

IX. Series annorum mundi continua, quæ nusquam alibi conseruata est.

X. Noticia legis Dei integræ.

XI. Doctrina de coniugio, & castitate, quæ in sola etiam Christiana Religione illibata permanest.

XII. Sanguis omnium Martyrum.

XIII. Pœna blasphemorum & persecutorum.

XIV.

DOCTR. CHRIST.

XI. Testimonia scripture, 1. Thes. 2. Accepisti non verbum hominis, sed, sicut reuera erat, verbum Dei, quod & efficax est in uobis credentibus, 2. Pet. 1. Non uoluntate hominum allata est doctrina Prophetica, sed a Spiritu sancto impulsi, locuti sunt sancti Dei homines, &c.

Quæ est optima ratio studendi
in Theologia?

Tria sunt præcipua instrumenta. (que Lutherus in prefatione primi Tomi operum Germanici, ex Psalmo 119. commemorat) quibus uera & salutaria doctrina Christianæ cognitio parari potest.

I. PRECATIO ardens & quotidiana, ut Deus ipse nos doceat, & studia nostra Spiritu suo sancto gubernet & adiuuet, sicut David precatur: Domine, fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam, & iustificationem tuas doce me. Seruus tuus sum ego, da mibi intellectum, ut discam testimonia tua, uias tuas Domine ostende mihi, & semitas tuas edoce me. Dirige me in ueritate tua, & doce me. Nulla enim studia sunt felicia & salutaria, nisi à Deo mentes regantur.

II. STUDIUM seu meditatio & diligentia in discedendo.

III. EXPERIENTIA seu PRAXIS,
qua doctrina discedo percepta, in quotidiana inuocatione

S MODVS STVDENDI.

catione & exercitijs pœnitentiae, in doloribus ortis
ex sensu iræ Dei & pœnarum, in studijs & labori-
bus nostræ uocationis, in petendo & expectando Dei
auxilio, deniq; in toleranda sancta cruce, & tenta-
tionibus ac ærumnis multiplicibus, ad usum transfe-
tur: in quibus fides, iugo, anno, spes, patientia, humi-
litas, & cæteræ uirtutes exercentur, crescunt & ex-
poliuntur, & uis ac efficacia uerbi diuini experiendo
cognoscitur.

Studium autem Theologicum seu la-
bores discendi, hisce regulis gubernan-
tur.

Prima cura sit, ut TEXTVM BIBLIO-
RVM nobis familiarissime notum reddamus, ex quo
solo tanquam ex fonte, uult Deus doctrinam de uera
sui agnitione & eterna salute nostra hauriri. Et hoc
uno modo & non aliter, quam per lectionem & co-
gitationem Textus uerbi diuini efficax est: & ueram
sui cognitionem, iusticiam & uitam æternam in cor-
dibus accendit. Quoridie igitur mane postquam sur-
reverunt, & uesperi cum cubitum ituri sunt, ununa
caput in Biblijs studiosi legant, & ordine ea euol-
uant, & præcipua dicta, & historias, in partes Ca-
techeseos, seu in locos, qui summam doctrine Christia-
ne continent, digestas meminerint.

2. SVMMA DOCTRINÆ Christianæ,
continenſ præcipuos articulos pia & erudita Metho-
do ex-

IN THEOLOGIA.

do expositoris, animo complectenda est: ad quos omnia, quæ in Theologia legimus, audimus, discimus, de extre referantur. Hanc commodissime ex libello Examini uel locorum Theologicorum assidue & attente lecto & relecto, studiosi discant.

3. LINGVÆ Ebreae & Graece cognitio necessaria est, ut ex fontibus, ueram de Deo doctrinam haurire, & cum filio Dei, Prophetis & Apostolis, siue interprete colloqui possimus.

4. Dialectica Methodo in discenda & docenda celesti doctrina & refutandis ueritatis corruptelis opus est.

5. Disputationum & declamationum exercitia suscipienda sunt, quæ & iudicium de uerbis sententijs confirmant & acuant, & facultatem propriæ & perspicue orationis, ad explicationem dogmatum necessariæ, parvunt.

6. Aliorum eruditorum & patrum commentarij legendi sunt, ut iudicijs & consensu Ecclesiæ catholice nostram fidem confirmemus.

7. Historia totius Ecclesiæ, & imprimis ueterum certaminum & iudiciorum primitiæ Ecclesiæ, quæ Apostolorum temporibus uicinior fuit, cognoscenda est, ex patribus uetustissimis, & scriptoribus historiæ Ecclesiastice, & actis consiliorum, ex canonibus Iuris pontificij, Magistro sententiarum, &c.

8. Totius Philosophie, artium dicendi, Ethicæ ac

10 MODVS STVD. SCHOLAE.

politice, Arithmetice, Physice, Astronomia, & Geographie, & ceterarum artium, que in Scholis traduntur, cognitio in explicanda doctrina & libris sacris, magno usui, & altoqui Ecclesiæ singulari presidio & ornamento est.

Quid sunt Scholæ?

SCHOLÆ sunt cœtus docentium & discentium literas, linguas & artes, Deo gratias, & Ecclesiæ Dei & Reipublicæ necessarias.

PROPTER QVAS CAVSAS
necessæ est coli in Scholis studia literarum, & præcipue Catechesis disci?

Omnis homines ideo conditi sunt, ut Deum conditorem & filium ipsius Redemptorem nostrum Iesum Christum agnoscant, inuocent, & colant, iuxta doctrinam ab ipso traditam & libris Prophetarum & Apostolorum comprehensam. Quare aliquos homines esse oportet literarum peritos, qui hunc librum doctrinæ cœlestis legere, & alijs prælegere & explicare possint.

Præcipue igitur singuli ad descendendum mouentur
seue-

seuerissimis Dei mandatis, qui præcipit doctrinam a se
traditam audiri, disci, propagari.

Matth. 17. *H*æternus pater de celo iubet audiri
Filiū, *H*UNC AVDITE. Necesse est igitur
conclaves seu doctrinam Christi, in Euangelistis, Pro-
phetis & Apostolis descriptam legi, cognosci & alijs
cognoscendam perspicue & diserte proponi.

1. Tim. 4. Attende lectioni & doctrine.

Col. 3. Sermo Christi habitet in nobis opulen-
ter cum omni sapientia.

Iohann. 14. Christus iubet seruari, hoc est, disci ac
custodiri sermonem suum, & amplissimam promissio-
nem addit, Quod custodes sue doctrinæ sint futuri
domicilia & templa Dei.

2. Timothei. 3. A pucro sacras literas noteris,
que te possunt erudire ad salutem. Omnis enim scri-
ptura Deorum deus òg utilis est ad docendum, &c.

Deinde finis ad quem conditi sumus, in discendo
& docendo nobis propositus sit, & ut Deum recte
Agnoscamus, & gloriam ipsius illustremus. 1. Corint.
10. Matth. 5.1. Pet. 4.

et cap.

Tertio, ut profimus Ecclesiæ Dei, adiuuantes
conservationem ministerij Euangelici, & gubernatio-
nem Ecclesiæ.

Quarto, ut Reipublicæ, que hospitium est Ec-
clesiæ Dei in consilijs, iudicij, legationibus, negotijsq;
omnibus, ad communem tranquillitatem & salutem

pertinentibus, seruire possumus. Tit. 3. Discant & nostri, ut possint bonis operibus praesce ad necessarios usus, ne sint infringiferi.

Quinto etiam, ut honestum locum in communione uictum, & necessaria, ad uitam honeste sustinendam, consequamur: εφόδιον γαρ η ψωμεία.

Sed principale finis semper nobis in conspectu sit, uidelicet, Vera Dei agnitione & celebratio, iuxta doctrinam in libris Prophetarum & Apostolorum traditam, cuius summa in Catechesi comprehendi solet. Ideoq; prima cura omnium nostrorum esse debet, ut Catechesin discamus. Matth. 6. Primum querite regnum Dei.

Littera. Secunda. Art. 2. Quid est Catechesis?

Definitio. CATECHESIS in genere est forma institutionis, in qua viua voce auditoribus initia alicuius doctrinæ, in certos locos methodice distributæ, traduntur: & auditores, ea, quæ ipsis tradita sunt, & quæ didicerunt, vicissim reddere & recitare coguntur. A uerbo κατηχεῖν, quod significat audire, sonum ab alio accipere, docendo dictata reposcere, behören.

Art. 3. In litteris ap. Iacob.

Definitio. In litteris in via p̄i κατηχεῖν.

Pro-

Definitio. Τις οδού τις κυριος

PROPTER QVAS CAVSAS CATE-
chesis, hoc est, talis forma institutionis,
quæ fit per Examen, in Ecclesia vsur-
patur: seu, Quæ sunt vtilitates
Examinum in genere?

I. Examina augent in discitibus diligentiam,
intentionem animi, et curam recte et integre discen-
di ea, quæ preponuntur, cum sciant sibi ea, quæ audi-
uerunt, in examine reddenda esse.

II. In Ecclesia necesse est singulos homines ede-
re confessionem suæ fidei. Ideo in primitiva Ecclesia
institutebantur Examina, in quibus Catechumeni, pri-
usquam in Ecclesiam per Baptismum reciperentur, te-
stari seu confiteri solebant, se ueram doctrinam de
Christo amplecti. Inde Examen in ceremonijs Baptis-
mi reliquum est.

III. Ad fidelitatem Pastorum et docentium in
Ecclesia pertinet, scire quid intelligent, quomodo
proficiant discentes.

IV. Examina totum cursum studiorum conti-
nent intrametas certas, ne uagetur et aberret.

V. Adiungunt ad discenda necessaria et utilia, o-
missis non necessarijs et inutilibus. Plerunq; enim, ut
Seneca ait, Necessaria ignoramus, quia non necessa-
ria didicimus.

VI. Corrigunt errores prius animo conceptos.

44 CATECHESOS UTILIT.

VII. Augent acumen ingemorum, & formant iudicium.

VIII. Alunt & augent facultatem loquendi, & facundiam extemporalis.

IX. Aduuant memoriam, ut ea, quæ percepit, promte & celeriter, ubi res poscit, reddere possit.

X. Tollunt superbiam & manem persuasionem doctrinae ac sapientie.

XI. Adsuefaciunt ad communicationem sermonis & humanitatem in omni uita.

XII. Formant pronunciationem seu actionem, in moderanda uoce, uultu, & uitandis gestibus impensis.

XIII. Colloquia de doctrina salutari, dulcis consolacio sunt bonarum mentium in doloribus & eruminis, ut in ueteri uersu dicitur: Τυχης υοστονε τοιηπιατροι λογοι.

XIV. Sunt imago coelestis illius scholæ, in qua coram audiens Doctorem filium Dei, & cum Preceptoribus nostris, Prophetis & Apostolis colloquemur, & dictata reddentes plura ab eis discemus.

○ Has utilitates recitauit, ut cum plerique adolescentes, uel ignavia, uel superbia fugiant examina, alias bonas mentes ad amorem καθηκοντως, seu examinum, cum in ceteris artibus tum uero præcipue in doctrina Christiana, exuscitem.

Nunc singulos doctrinae Christianae locos, eo ordine, quo propositi sunt, breuiter & perspicue exponemus.

P.R.I.